

quilibet artifer appetere dicitur sua propria operatione propria autem operatio ipsius medici est mederi et sanare. Sicut propria operatio ipsius edificatoris est edificare. Nec enim medicus pro accedens sanatur quia non in partem medicus sed in partem infirmus. v. ethicoz. Cum medicus non in partem infirmus nec in partem cupidus sed in partem medicus sanat. Et ideo quilibet medicus debet optare in mederi et sanare. Beatus autem lucas erat medicus non solum corporum egregius sed etiam animarum evangelicus dicente beato hieronimo in prologo super actus apostolorum. Lucas enim eius laus in euangelio canitur erat apud antiochia medicine artis egregius quem ita dicitur subsecuta est gratia ut non solum corporum sed etiam animabus eius proficeret medicina. Et iam beatus lucas optat nostram salutem sive sanationem tamquam eius propria actionem sive perfectionem prout de eo scribit apostolus paulus quod erat discipulus et comes in diuinitate. Salutat inquit vos in salutem optat lucas medicus. Medicus autem corporalis redditur commendabilis si erga sui patientem beniuolentiam in copatiendo scientiam in dirigendo et experientiam in exequendo. Quia sicut philosophus v. ethicoz. c. iij. ad bene comparandum secundum artem et virtutem requiritur scire velle et firmiter seu experientialiter operari. In medico autem nostro sicut in beato luca tanta similitudo reperitur que in verbis primis subtiliter innuitur. scilicet feruor mentalis desiderij splendor sapientialis radij et viget salutaris remedij. Habuit namque beatus lucas mentale desiderium ne et episcopus et in diligendis sapientialem radij ne eraret in cognoscendis salutarem remedium ne deficeret in agendis feruorem mentalis desiderij probat familiaris salutatio splendor sapientialis radij personalis nominatio viget salutaris remedij medicinalis operatio. **¶** Deinde ergo in beato luca erat feruor mentalis desiderij quod probat familiaris salutatio. Deinde salutatio beati luca signum erat caritatis et amicitie. Nam sicut crisostomus super Mattheum. Sicut corporali edificatio lapis ad lapidem connectitur cemento interueniente constringitur. Sic in spirituali edificatio lapis ad lapidem connectitur si ecclesie christianus ad christianum media caritate connectitur. Et quia voces sunt note earum que sunt in anima passionum ut in beato luca manifestata fieret caritas affectionis eam exprimit verbo salutationis. Salutat ergo vos non in denotanda obprobrium sicut pilati milites illudentes christo ceperunt salutare eum. **Aue rabbi rex iudeorum. Car. xv. Quorum**

imitatores sunt denotatores aliorum. Neque salutat vos in perditionis flagitium quomodo ad peccatores salutabat christus. **Aue rabbi rex. Cuius** imitatores sunt innocentium probatores et simplicium deceptores qui alio modo salutant dum corde perditionem tractant. Neque etiam salutat vos in adulationis vitium quo adulatorem salutant elatos et vanagloriosos qui amant salutantes in foro. **Luce. ij. Quinimodum** autem salutationes dominus detestatur dicente beato luca. c. iij. **Reminem** per viam salutaueritis. Hoc est nullum vitium de salute sua certificaueritis. Nullus enim est laudandus cuius incertus est exitus. Illo namque tempore ait ambrosius. **Verita** sanctitatis extollas quando nec laudantem adulatione notis nec laudatum remittat elatio. Non ergo beatus lucas salutat vos in derisionis obprobrium nec in perditionis flagitium nec in adulationis vitium. Sed salutat vos animo pacis contra salutationem perditionis verbo peridico contra salutationem adulationis et scripto euangelico seu attentio contra salutationem derisionis. Que salutationes procedunt ex incendio dilectionis et ab initio compassionis. Sic autem beatus paulus salutabat eos in epistolis suis ad quos scribebat. Saluto inquit vos in domino. **Roma. ultimo.** Ille enim alium salutat in domino qui sibi salutem optat in vinculo pacis. **C** Secundo in beato luca erat sapientialis splendor radij quem probat expressio nominis proprii. Lucas enim a luce dicitur. Ideo enim coniunctus erat luci que illuminat hominem venientem in hunc mundum quod lucas factus est totus lucidus. Non mirum quia enim veritas nisi a puro corde videtur. Beatus lucas erat purissimus abeunte puertia castissimus dicente beato hieronimo super actus apostolorum. Lucas inquit sine crimine in virginitate permanens maluit deo seruire qui septuaginta quatuor annos habens obiit in bethania plenus spiritu sancto totus ergo purus et lucidus erat. Bene ergo de beato luca dicitur. **Thob. xv. Luce** splendida fulgebis. Fulgebat namque triplici radio sapientiali. Nam sicut ambrosius in prologo super lucam. **Tria** sunt que philosophi huius mundi precellentissima putauerunt triplicem scilicet esse sapientiam quod autem moralis sit aut naturalis aut rationalis. Et vocat scientiam naturalem omnem scientiam realem que est de natura pro ut naturalis distinguitur contra mores. Beatus autem lucas fulgebat scientia naturali qua transitoria a perpetuo distinguebatur. Scientia